

1. Il supplizio di Tantalo

(versione con minori difficoltà logiche e sintattiche)

Tantalus, Lydiae rex, graviter deos offenderat: nectar enim diis immortalibus subtraxit hominibusque dedit. Quapropter Iuppiter scelus asperis suppliciis punivit. Nam Tantalum catenis aureis vinxit et in remota solitudine relegavit. Ibi ad Tantali pedes frigidae aquae fluebant; si tamen infelix aquam haurire cupiebat, rivus statim recedebat. Pomorum arbor magnam fructuum copiam demittebat super Tantali caput: aliquando miser manus fructibus admovebat, at arbor tunc ramos suos cum fructibus sursum extollebat.